

cesse sit falsum dicere, sed etiam ut uterque nostrum eadem de re aliâs aliud defendat, cum plus uno uerum esse non possit. Vt igitur in eiusmodi re, quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat, quæ opiniones hominum & sæpe errores aucupetur, ita dicam.

Causarum genera) De his copiose ut & alijs plerisque in topicis. Sunt autem scholarum de causis disputationes notæ. sed ut in alijs recte putatur & utiliter, cum ad intelligendum tum interdum etiam docendum, fieri, ut τεχνικὰ exponantur usitato modo loquendi, id est καινὰ κοινῶς, nam subtilitate artium nulla magis res noua uulgo uidetur, ut igitur & alia pressa ac subtilia uberius & quasi popularius explicari prodest, ita & causarum tractatio, recte ueluti illustrem ad hunc modum redacta fuit, quæ non animaduersæ omnem rerum cognitionem uitiant, uel potius euertunt. nihil enim scitur neq; cognoscitur nisi cuius causa deprehensa est. Est autem prima quædam distinctio causarum, in antegressas & coniunctas & consummatas. προκαταρκτικὰ uocant et σωαιτία & τελικὰ αἴτια. quæ aliqui exquisitius adhuc distinxere, nam τῶν σωαιτίων & σωενλικὰ et σωδργὰ quædam & προκγδμωα. fecerunt. Plato, ut mihi quidem uidetur etiam de his planissime & rectissime disseruit. Qui primum dicit

cit